

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Astronomische Drucke, Varia - Cod. Gengenbach 3**

**Hyginus, Gaius Iulius**

**[Tübingen], [1531-1535]**

Beschreibung (3 S.) aus: Tabula cognoscendorum domorum secundum  
communes et planetares horas humorum per H. Grammateum, Erfurt  
1524 (VD 16, E 1460)

[urn:nbn:de:bsz:31-64828](#)

Hanc descriptio pertinet ad Tabulam

Hannoverianam Ex loco.

Præsentis instrumenti partium descriptio.

265

Lineæ partim regulares: partim irregulares a leua dupla te descendentes orizontem denotant in oriente. Linea vero descendens ab hora quarta in Capricorno per horam sexam Arietis & Libre tangens irregularem lineam inferioris partis iterum in quarta hora Capricorni: qua se protrahit deinceps in finem instrumenti: repræsentat orizontem in parte occidetis qua sol occubitum petit. Reliquæ lineæ descendentes equæ distanter horarum sunt æqualium: quibus fere tota utitur germania. Sunt & tertiae diuidentes quolibet solis parallellū: qui paralleli directa via tracti sunt per faciem instrumenti de orizonte in orizontem in duodecim partes: & ulterius procedentes consimili iudicio versus finem in duodecim particulas horæ inæquales siue planetarum: ex quibus humores dinoſuntur. Ultimo autem sunt lineæ in altera parte oblique secantes lineas horarias & solis parallelos indicantes signorum ad quodlibet tempus aſcenſionem ut patebit in canonibus.

Propositio prima

Humorem qualibet hora regentem reperire.

Canon primus.

Inspiciendo instrumentū considera in prima facie in orizonte orientali proporcione habiliter locū solis (sunt antē paralleli distantes p d:ce gradus preter i ſolsticis) & procede de hora in horā: quousque peruenienti fuerit ad horam oblatam: & in colore qui habet ſupra ſe titulum apparebit quod querebas. Qd si non fuerit aliquis color (ut fieri potest) tunc obſerua lineas: quaे ſunt arte & post quodlibet nomen in fronte: ut ſanguis colera &c. & id quod comprehenditur per totam faciem huic humoris assignetur.

A

### Propositio secunda.

Habitis gradu solis & hora communi Planetarum horam parere.

### Canon.

Receptis gradu solis ( ut scis proportionabiliter si non fuerit in signato parallelo ) & hora equali: statim se offert hora planetaria. Quemadmodum sole existente iu decimo gradu Aquarii: infra decimam & vndeclimam dici: reperies horam quartam planetariam.

### Propositio tertia

Inuenta hora planetaria: cui Planete attribuitur perlustrare.

### Canon.

Scita hora planetaria quotta sit: incipe numerare a planeta qui diei dat nomen: quem attribue primae horae: & deinceps secundae horae sequentes in ordine planetarum: & sic quo usque peruenies ad horam proxime inuentam: & Planeta quem ordo tangit precepit huius horae. & hoc per totam facie versus finem. Quoties autem planetarum ordo desinit: toties incipe ab exordio ( hoc est ) a Saturno.

Planerarum ordo est talis.

Saturnus: Jupiter: Mars: Sol: Venus: Mercurius: Luna:

Saturnus Sabathio

Jupiter Quinte ferie

Mars Tertia ferie

Precipit autem

Sol dominico dici

Venus Sextae ferie

Mercurius Quartae ferie

Luna Secundae ferie

Et hoc pro magicis naturalibus

Propositio ultima.  
Omnibus horis signum ascensens supra orizontem eligere

Canon

Descende ad secundam partem instrumenti: quere solis parallelli de horam & progrederes obliquum de orum secundum qd hæc via tangit aliquod signum in orizonte orientale: si non testigerit orizonte orientale: tunc prospice terminum sive limbum instrumenti versus dexteram & signi characterem scriptum inuenies. Exempli gratia. Sit sol in principio Capricorni. Volo hora duodecima diei signum quod orizontem petit via dixi. Considera lineam quæ acuto angulo tangit duodecimam horam: & in descensu circa huius linee finem apparet aries ascendens orizontem. Aliud exemplum Sole existente in fine Sagittarii hora duodecima noctis: petitutus signum aries ascendens. Ascende per lineam crecentem secundum angulum acutum versus terminum sive limbum delibra appetit ita de aliis.

Albertus Magnus in libro de secretis  
de mirabilibus mundi

Hora summa supradicta uidelicet æquæ & inæquæ Hora æq.  
bis & hora prologi qd spæciale erit in æquæ ante gaudiem  
sit p. dies maiores ut minores non p. astrologi ydat  
est tñ q. O. stat sup' horæ dñs sive illius noctis die  
ut ariæ diuina et uirga noctis id aut. ipso qd diem  
appellat in p. diuidit. et. æquæ qd sit hys egredi  
die & qd de die de nocte opposito mō intelligat qd ut